

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre XIItemMythologia, Venise, 1567 - X \[119\] : De Oreste](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [119] : De Oreste

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[125\] : De Oreste](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 02 : De Oreste](#)□

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[125\] : D'Oreste](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[125\] : D'Oreste](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologia III

tem prope innumerabilem. Quod temperatum calorem illa cupiat, quod ex celo vndique tegitur, quod altera pars semper solis lumine illustratur, cū altera vicissim noctem habeat. Deinde ostendebant terrā fieri feracem agricolarum industriz, vbi cœli clementia aliquantulum deiceret. Alii ad lunæ congressus cum sole & ad totam naturam lunæ fabulam traduxerunt: qui dicunt in planetarum congressibus nubes aut nebulas gigni, die tertio deinde ferè semper à coniunctione cornutam exire, omnibus aliis stellis esse inferioriorem. Mox sole lumen & vires impatienti, illa omnium stellarum vires exuperat, cuius vires magis conspicuæ sunt in humanis corporibus, quas exerceat luna cum aliquantulum excreuerit: Cum vero luna velocissima sit omnium planetarum, fingitur orbem terrarum peragrasse, cum eadem modo ad meridie, modo ad septentrionem declinet à signifero circulo.

Ethicè.

Io anima dicitur impiorum hominum, quæ è celo in hoc corpus tenebrarum & caliginis plenum delapsa est: mox in belluam vertitur, neque cupit diuinitatem aut immortalitatem speculari. Illa donatur Iunoni ira cōuersa, tanquam opum desiderio; Argi vero oculi sunt libidines, asilus conscientiz stimulus, rerumque præteritarum recordatio: hic facit vt exaggerati animi molestis nos errasse sentiamus, & pristinam hominum formam reuertamur, ac Dō immortales denique per sanctitatem viræ & innocentiam, & iusticiam, & humanitatem in omnes viros bonos efficiamur, si Deus optimus hunc asilum nobis immittere voluerit, quod vt faciat assidue rogandus est.

De Vesta.

CVM vellent significare terram esse tanquam mundi stabilimentum ac firmamentum corporum naturalium, vnde omnia quæ nascerentur initium caperent, Vestam omnium Deorum matrem appellarunt; quam obrem omnium sacrificiorum primitias illi primæ obtulerunt, quod autem omnia elementa Deorum nominibus appellarentur, iam explicatum est.

De Vlyse.

VLYSSEM autem, tanquam effigiem & picturam in qua cernerentur humanæ vitæ perturbationes, introduxerunt antiqui, nam cū ex altera parte difficultates & labores, ex altera voluptates ac suauitates nos circumflant, sicuti dictum est cum de Scylla loqueremur, is demum solus sapiens ex illimandus est, qui ab vtrisque se cum summa laude, omniumque hominum admiratione explicauerit. Per Vlysis igitur signum prosperam & aduersam fortunam, difficultates & suauitates vitæ sapienter, & cum quadam animi moderatione perferri oportere significabant.

De Orphe.

ATQVE vt omnibus manifestum esset nihil magis hominum vitam infestare, quam grauissimo scelerum conscientiam, & suppliciorum expectationem, visas fuisse assidue furias Orphi, quæ armatæ facibus ardentibus illum

illum semper infestarent memorix prodiderunt. Nihil enim magis molestū est, aut ad perturbandum animum concitatius, quam recordatio præteritorum scelerum: nihilq; contra magis confert ad quietem & animi tranquillitatem, quam integritatis & innocentix opinio.

De Chimæra.

PER Chimærx autem fabulam naturam fluuiorum & torrentum præcipue significarunt; qui ob imbres hybernos, aquarumque copiam, perpetuo propè violentoque cursu delabuntur, sicutq; tanquam leones indomiti & effreges, cum vero proxima quæque carpant, similes capris haberi sunt. ac cū sinuosis & reflexis sæpius alueis ferantur in morem viperarum, dicti sunt extremam partem habere serpentum. Hoc monstrum Bellerophontes Pegaso inuectus interemit, qui calor solis per æstatem pluuiarum copiam non ita frequenter cogi patitur, quare torrentes exiccantur. At Ethicè.

Per hanc eandem fabulam nos antiqui ab ira omnium monstrorum turpissima, proposita ira turpitudine eius reuocabant. nam furibundos illos facit, qui illi motui animi exagitantur; oculosq; rubro colore perfundit, quare flammæ expirare Chimæra dicta est. nullum est vitium magis vel honori, vel vitæ mortalium, vel facultatibus infestum, quàm ira, quæ omnia vno tempore evertit, nisi ratio illi moderetur. qui sint huic vitio dediti, non minus à nostra consuetudine auertendis sunt ac deuitandi, quam teterrimi & maxime perniciosi serpentes.

De Bellerophonte.

FINXERUNT præterea Bellerophontem humorem esse motu solis eleuatum; quoniam aere vi solis humectato pars leuior sursum elata paulo post deorsum demittitur, atque cogitur. cum verò pars subtilior ad ignia regionem feratur, pars illa grauior a loue deorsum demittitur, quare à Pegaso deiectus fuit Bellerophon. alii hoc ad totam elementorum naturam, circularemque motum generationis transtulerunt. At Ethicè.

Sapienter esse humanam vitam transigendam demonstrabant; quia neq; aduersis nimis tristari, neque felicibus rebus nimis gloriari opus est; quibus omnibus adhibenda est animi moderatio, & diuina clementia non minus in prosperis quàm in aduersis imploranda. qui enim per felicitatem Deum sibi conciliarit, is siquid aduersi postea contingat, eum iam placatū & adiutorem consequetur. At si quis nimium felicitate rerum præsentium steratur, neque moderatione vitæ cognouerit, ille ab omnium scelerum, omniumq; arrogantix vindice Deo de summa felicitate deicitur.

De Rheæ.

AD exprimendam vero terræ naturam, multa fuerunt ab antiquis de Rheæ, dequæ eius sacrificiorum ritibus memorix prodita. est autem Rheæ vis terræ, quæ ad rerum generationem pertransitatque lora quæ ferti & xris ponderibus rotam pulsabant, hanc ventis, & imbribus, & grandine, & omnibus quæ de cælo decidunt pulsari significabant. Hæc dicta est in aere pen-

H h h

dere,